

## Ziber

**H**abitantur inde glandifera pannonia: qua mitescētia alpium iuga per medium illyricum a septentrione ad meridiem uersa molli in dextra ac leua deuexitate confidunt.

Dalmatia. Capi. xxv.

**Q**uæ pars ad mare hadriaticum spectat appellatur dalmatia & illyricum supradictum. Ad septentriones pannonia uergit: finitur ide danubio. i ea colonia mona: fiscia. Amnes clari & navigabiles in danubium fluunt dranus & noricis uolētior. Saus ex alpinus carnicis placidior. cxv. m. p. iteruallo. dranus per ferretes: serapillos: iasos sandrizetes. Saus p colapia nobreucosq. populoz hęc capita. præterea ariuates: azali amātes: belgites: carthari: cornacates: erauisci: hercuniates: latrouici: oseriates: uarciani: mōsclaudius: cuius in fronte scordici: itergo taurisci. insula in sauo metubariis amnicæ maxima. præterea amnes memorādi colapis in sauum influens iuxta fiscia gemino alueo insulā ibi efficiens: quæ segestica appellatur. alter amnis bacuntius in sauum firmio oppido influit: ubi ciuitas firmiensium & amantinorū. Inde. xlv. m. passuum taurunum ubi danubio miscetur saus. Supra influunt ualdanus. urpanus: & ipsi non ignobiles. Mesia. Capi. xxvi.

**P**annonia iungitur prouitia quæ mesia appellatur ad pōtum usq. cum danubio decurrens: incipit a cōfluente supradicto. In ea dardani: celegeri: tribali: trimachi: mœsi: thraces: pontoz contermini scytæ. Flumina clara dardanus: margis. pingius: timachus ex rhodope: cæcus ex hemo: utus: escamus: ieterus. illyrici latitudo qua maxima est. cccxy. m. p. colligit

Longitudo a flumine arsia ad flumen drinium. d. ccc. m. a drinio ad promontorium acrocerauni. clxxii. m. Agrippa prodidit uniuersum hunc sinum italiae & illyrici ambitus. xiii. m. in eo duo maria quo distinximus sine inferum siue ionium in prima parte. interius hadriaticum: quod superum uocant insulæ ausonio mari præter iā dictas memoratu dignæ nullæ. in ionio pauca calabro littore ante brūdusium: quarum obiectu portus efficitur Contra apulum littus diomedea conspicua monumento Diomedis. Et altera eodem nomine a quibusdam teuthria appellata. illyrici ora mille amplius insulis frequentatur natura uadosi maris æstuariisq. tenui alueo iterculantibus. Claræ ante hostia timau calidorum fontium cum æstu maris crescentium iuxta istrorum agrum. cissa pullanæ & absyrtides graiis dictæ a fratre medeæ ibi interfecto: nomine absyrto. iuxta eas elæctridas uocauerunt in quibus proueniret succinum: quod illi electrum appellant nauitatis græcæ certissimum documentum. Adeo ut iis quas earum designent: haud unq. constiterit. Contra iader est lissa. Quæq. appellatæ contra liburnos cretæ aliquot. Nec pauciores ticanæ liburnicæ. celastusæ intra surium bubu. & capris laudata Braitia issa ciuium ro. reliqua: & cum oppido pharia. Ab his corcyra malana cogominata cum gnidorum oppido distat. xxii. m. passuum inter quā & illyricum melita. Vnde catulos meliteos appellari callimachus auctor est. xxii. m. p. ab ea. iiii. m. elaphites. i ionio autem mari aborico. M. M. p. Saronis piratica statiōe nota.

Ticanæ

### CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. IIII:

Sinus Claritatis Litterarum Et Omnis Fabulositatis.



**Q**UERTIVS EVROPAE SINVS ACROCERAVNIIS INCIPIT mōtibus: finitur helesponto: amplectit præter minores sinus. xix. xxii. m. passuum. in eo epirus a carnani: atholia: phocis: locris: achaia: mesenia: laconia: argolis: megaris: atrica: boetica. iterūq. ab alia mari eadē phocis. & locris: doris: phtiotis. thessalia: magnesia: macedonia thracia. Omnis græciæ fabulositas: sicut & litterarum claritas ex hoc primum sinu effulsi. Quæ propter in eo paululum cōmorabimur. Epiros in uniuersum appellata acrocerauniis incipit montibus: i ea primi chaones a quibus chaonia. Dein thesproti: antigonenses: locus aornos: & pestifera a uibus exhalatio. Cestrini: perhebi: quoq. mons pindus: cassopei

driopes: sella: hallopes: molossi: apud quos dodonei iouis templam oraculo ullustre. Tomarus mōs centum fontibus circa radices Theopompo celebratus. Epirus. Capi. i.

Dehntelatae

**E**Pirus ipsa ad magnesiā macedoniāq. tendens a tergo suo dassarethas supradictos liberā gentem mox seram dardanos habet. Dardanis leuo triballi prætenduntur latere. Et mesicæ gentes a fronte iunguntur: mædi: ac benselætæ: quibus thraces ad pontum usq. pertinentes. ita succincta rhodopes: mox & hemiuallatur excelsitas. in eperi ora castellum in acrocerauniis chimera: sub eo aquæ regiæ fons. Oppida meandria. cestria flumen thesprotiæ: Thyamis colonia butrotum: maximeq. nobilitatus ambracius sinus faucibus spatiosum aquor accipiens. Longitudinis. xxxix. m. passuum. Latitudinis. xv. m. in eum defertur amnis acheron e lacu tesprotiæ: acherusia profluens. xxxvi. m. passuum: inde & mille pedum ponte mirabilis oia sua mirantibus. in sinu oppidum